

## Lichenes Zambesici

in Africae regione zambesica prope Boroma a cl. Menyharth lecti,  
in Herbario Universitatis vindobonensis servati, quos exponit

Dr. J. Müller.

(Vorgelegt in der Versammlung am 7. Juni 1893.)

### Tribus Collemeae.

1. *Leptogiopsis Brébissonii* (Montg.) Müll.-Arg., L. B., Nr. 372; corticola, fertilis: Nr. 266, 267.
2. *Collema furvum* Ach., Univ., p. 650; corticola: Nr. 250.

### Tribus Gloeolichenes.

3. *Pyrenopsis robustula* Müll.-Arg. *Thallus nigro-fuscus, caespitoso-effusus, pro majore parte in pulvinulos 0.66—1 mm latos diffractus; pulvinuli superficiei ramillis liberis teretibus obtusis obtuse echinulati; ramuli ca. 0.5 ad 0.7 mm longi et altiores, e trunculo 0.20—0.25 mm lato et obeso irregulariter in ramillos vulgo breves cylindrico-obovoideos vel solum papilliformes rotundato-obtusos olivaceo-fuscos abeuntes, partes interiores et inferiores caeterum pro parte majore cupreo-rubrae; hyphae parcae et tenues, irregulares; gonidia generis, thallum fere omnino constituentia; apothecia ignota.*

Est evidenter proxime affinis *Pyrenopsi australiensi* Müll.-Arg., a qua tamen bene recedit habitu robustiore, ramulis in pulvinulos confertis, multo robustioribus, superne haud subdichotomis et basi crassis.

Saxicola in monte Kanduliri: Nr. 1215, mixta cum juvenili *Endocarpisco*.

### Tribus Ramalineae.

4. *Ramalina complanata* Ach., Univ., p. 599; ramicola: Nr. 464.

### Tribus Parmelieae.

5. *Parmelia Hildenbrandtii* f. *nuda* Müll.-Arg., L. B., Nr. 1637; corticola: Nr. 475, 464 et aliis intermixta.  
f. *sorediosa* Müll.-Arg., L. B., Nr. 1637; ramulicola: Nr. 464.

6. *Parmelia praetervisa* Müll.-Arg., L. B., Nr. 191; corticola: Nr. 268, jun., ster.

7. *Parmelia zambesica* Müll.-Arg. Thallus albedo-glaucus, sat adpressus, subtus juxta marginem fuscum vel fusco-pallentem latissime glaber et nudus, caeterum breviter et parce vel gregatim nigro-rhizinosus, firmus; laciniae latiusculae, apice latius rotundato-lobatae, sub lente laevigatae, imo margine nudaе, intus albidae; apothecia sessilia, 2—11 mm lata, diu incurvo-urceolaria, demum tamen explanata, nigricanti-fusca et nuda, margine integra, dorso e laevi demum scrobiculato-inaequalia; sporae 15—17  $\mu$  longae, 7—8.5  $\mu$  latae, ellipsoideae, leptodermae.

Similis *Parmeliae Zollingeri* Hepp, sed apothecia non mox deplanato-aperta et discus longe obscurior. A simillima *Parmelia mesotropa* Müll.-Arg. dein recedit sporis brevioribus, non pachydermeis. Insuper sat bene simulat formam minorem vulgaris *Parmeliae latissimae* Fée, sed thallus magis adpressus est et sporae dein omnino aliae sunt.

Corticola: Nr. 268, 269, 475.

8. *Parmelia Zollingeri* Hepp in Zoll., Syst. Verz., p. 6; corticola.

9. *Parmelia tiliacea* var. *scortea* Nyl., Scand., p. 99; corticola: Nr. 474 (ster.).

var. *rimulosa* Müll.-Arg., Diagn. L. Socotr., p. 3; corticola: Nr. 468.

10. *Candelaria stellata* Müll.-Arg., L. B., Nr. 1154; corticola: Nr. 262, 264.

11. *Physcia adglutinata* Nyl., Syn., p. 428; corticola.

var. *pyrithrocardia* Müll.-Arg., L. B., Nr. 196; corticola: Nr. 264 pr. p.

12. *Physcia stellaris* var. *acrita* Nyl., Scand., p. 111; corticola, variis aliis admixta, inter Nr. 252, 265, 270.

13. *Physcia ochroleuca*; *Pyxine ochroleuca* Müll.-Arg., L. B., Nr. 320; corticola, frequens (antea l. c. specim. unico brasiliensi haud bono descripta, nunc evadit vera *Physciae* species, margo enim normaliter non nigrescit sed lecanorinus permanet): Nr. 256.

14. *Physcia picta* Nyl., Syn., p. 430; corticola: Nr. 466, 468.

var. *sorediata* Müll.-Arg., L. Afr. occid., Nr. 12; corticola: Nr. 265, 267.

15. *Physcia aegialita* Nyl., Expos. Lich. Nov. Caled., p. 43; *Physcia confluens* Nyl., Syn., p. 430; corticola: Nr. 251, 252, 257.

#### Tribus Peltigereae.

16. *Endocarpiscum Guepini* Nyl. in Flora, 1864, p. 487; saxicola, in monte Kanduliri: Nr. 1214.

#### Tribus Pyxineae.

17. *Pyxine Meissneri* Tuck. var. *endoleuca* Müll.-Arg., L. B., Nr. 118; corticola: Nr. 257, 265, 272, 471.

var. *sorediosa* Müll.-Arg., L. B., Nr. 118; corticola: Nr. 265, 447.

## Tribus Placodieae.

18. *Placodium* (s. *Acarospora*) *perexiguum* Müll.-Arg. *Thallus cum apotheciis concoloribus fusco-niger, nitidulus, non nisi strigulis perexiguis oblongis commatiformibus discretis indicatus; apothecia orbicularia, 0.12 ad 0.20 mm lata, convexa, nano-hemisphaerica, centro umbilicato-depressa. Reliqua ignota sunt.*

Elegantula sed perexigua species, juxta *Placodium smaragdulum* (Wahlenbg.) locanda, a quo colore fere nigro et apotheciis minimis recedit. Similiter et nitore a paraguayensi *Placodio exiguo* Müll.-Arg. differt.

Ad saxa quartzosa prope Boroma.

## Tribus Lecanoreae.

19. *Lecanora subfusca* var. *allophana* Ach., Univ., p. 395; corticola: Nr. 270.

var. *glabrata* Ach., Univ., p. 393; corticola: Nr. 251, 254, 262, 264, 272.

var. *cinereo-carnea* Tuck. in C. Wright, Lich. Cub. exs., Nr. 118, c. syn.; corticola: Nr. 251, 265, 272, 474.

20. *Lecanora hypocrocina* Nyl. in Flora, 1876, p. 509; corticola: Nr. 469, 470.

21. *Lecanora caesio-rubella* Ach., Univ., p. 366; corticola: Nr. 259.

22. *Lecanora pallescens* Fr., Lich. Europ., p. 132; corticola: Nr. 259 pr. p.

23. *Lecania* (s. *Haematomma*) *punicea* Müll.-Arg., L. B., Nr. 130; corticola: Nr. 254, 255, 468.

24. *Calloposma cinnabarinum* (Ach.) Müll.-Arg., L. B., Nr. 333; saxicola: Nr. 1210.

β. *opacum* Müll.-Arg., L. B., Nr. 333; saxicola: Nr. 5, 1210.

25. *Calloposma zambesicum* Müll.-Arg. *Thallus ochraceus vel vitellino-ochraceus, demum expallens, tenuis, rimoso-areolatus, areolae ultimae subeffigurateae, latiusculae et adplanatae, nitidulae, reliquae caeterum opacae; apothecia 0.25—0.33 mm lata et minora, sessilia, concolora; margo integer, leviter obtuse prominulus; asci 8-spore; sporeae ca. 10 μ longae, ellipsoideae.*

Extus *Calloposma cinnabarinum* var. *pallidius* Müll.-Arg. simulat, sed statim in eo recedit quod apothecia non immersa. Habitu caeterum optime cum capensi *Calloposmate subunicolore*, sc. *Lecanora subunicolore* Nyl. ap. Cromb., Lich. Cap., p. 171 in Journ. of the Linn. Soc., Vol. 15 refert, sed apothecia sunt emerso-sessilia et totus thallus magis opacus et aliter coloratus.

Saxicola, variis locis lecta, hinc inde cum *Calloposmate cinnabarino* crescens: Nr. 1210, 1213 et aliis admixta.

26. *Calloposma flavum* Müll.-Arg. *Thallus pallide vitellino-flavus, tenuissimus, areolatus, nitidulus, supra demum pulveracco-solutus, areolae periphericae adglutinato-planae et tenuissimae, subeffigurateae; apothecia concolora, innato-sessilia, exigua, discus margine integro obscurior; sporeae ignotae.*

Habitu et forma partium *Callopsisma subunicolor* simulans, sed thallus omnino aliter coloratus est et speciem delicatulam certe bonam refert.

Apothecia bene evoluta non lecta sunt.

Saxicola, in monte Nhasinde: Nr. 1209.

27. *Rinodina conspersa* Müll.-Arg., Lich. Argent., Nr. 37; saxicola: Nr. 1214.

28. *Pertusaria velata* Nyl., Scand., p. 179; corticola: Nr. 262.

29. *Pertusaria xanthothelia* Müll.-Arg., Lich. Afr. trop., Nr. 62; corticola: Nr. 261, pro minima parte.

30. *Pertusaria* (§ *Verrucosae*) *mamillana* Müll.-Arg. Thallus cinereus, tenuis, obsolete granoso-asperulus et demum rimulosus, caeterum superficie laevis et firmus; verrucae carpicae 1—1.25 mm latae, conico-hemisphaericae, basi abrupte in thallum abeuntes, nunc validius nunc magis obsolete gibbosoverrucosae, apice abrupte in mamillam emersam nano-hemisphaericam e pallidiore demum nonnihil fuscidulam 0.12—0.25 mm latam abeuntes et insuper hinc inde minutius ostioligerae, vulgo 3—5-carpicae; sporae in ascis 8-nae, 1 seriales, ca. 70  $\mu$  longae et 35  $\mu$  latae aut minores, intus laeves.

Species juxta *Pertusariam Quassiae* Nyl. inserenda est et ab omnibus seriei *Verrucosarum* mamilla terminali magna insignita est.

Corticola: Nr. 474.

#### Tribus Lecideeae.

31. *Lecidea* (s. *Biatora*) *russula* Ach., Univ., p. 197; corticola: Nr. 255.

32. *Lecidea* (s. *Biatora*) *mutabilis* Fée, Suppl., p. 105; corticola: Nr. 470.

33. *Lecidea* (s. *Biatora*) *impressa* Krphl., Lich. Glaz. brasil., p. 47; saxicola: Nr. 1216.

34. *Patellaria* (s. *Bombyliospora*) *leprolytra* Müll.-Arg., L. B., Nr. 512; corticola: Nr. 264 (ster.).

35. *Blastenia ferruginea* Mass., Syn. Lich. Blast., p. 14; corticola: Nr. 255, 270, 272, 463.

36. *Blastenia poliotera* Müll.-Arg., L. Afr. occ., Nr. 23; *Lecanora poliotera* Nyl., Lich. Kurz. Bengal. in Flora, 1869, p. 70; saxicola, in monte Kanduliri: Nr. 1213, 1214, 1216.

37. *Buellia parasema* Körb. var. *disciformis* Th. M. Fries, Scand., p. 590; corticola: Nr. 262.

var. *vulgata* Th. M. Fries, l. c.: Nr. 463, 466, 470.

38. *Buellia africana* Müll.-Arg., L. B., Nr. 123; saxicola: Nr. 6.

39. *Buellia olivacea* Müll.-Arg. Thallus fusco-olivaceus, squamuloso-diffracto-areolatus, areolae ca. 0.33 mm latae, planae, obtuse angulosae, concolores; apothecia 0.40 mm lata, arcte sessilia, e plano et tenuiter marginato demum convexa et submarginata, nigra et nuda; epithecium nigro-fuscum; hypothecium late fusco-nigrum; sporae 8-nae, ca. 10  $\mu$  longae et 5—5.5  $\mu$  latae.

Est proxima austro-americanae *Buelliae fuscellae* Müll.-Arg., a qua differt praesertim apotheciis haud innato-adpressis, nec persistenter planis et dein thallo obscure olivaceo.

Saxicola, prope Boroma: Nr. 6.

40. *Buellia* (s. *Karschia*) *inquilina* Tuck., Calif., p. 32; supra thallum *Lichenum crustaceorum*: Nr. 467.

### Tribus Graphideae.

41. *Opegrapha Menyhartii* Müll.-Arg. *Thallus flavescenti-virens, maculari-tenuissimus, effusus; lirellae dense sparsae, sessiles, 0.20—0.80 mm longae et 0.15—0.17 mm latae, obeso-lineares, omnes simplices et rectae vel subrectae, nigrae et nudaе; labia laxe conniventia; rima angusta; perithecium basi valide completum; sporae in ascis cuneato-obovoideis apice demum pachydermeis 8-nae, anguste cylindrico-obovoideae, utrinque late obtusae latoque halone cinctae, regulariter 4-loculares, absque halone 13—15  $\mu$  longae et 4—5  $\mu$  latae.*

Juxta *Opegrapham simpliciorum* Nyl. in Nova-Caledonia crescentem locanda est, ubi autem thallus albus. Habitu etiam ad *Opegrapham agelaeam* Fée accedit, sed thallus non alienus et lirellae non subgregatim approximatae.

Corticola: Nr. 467.

42. *Arthonia dispersa* Nyl., Scand., p. 261; corticola: Nr. 491.

43. *Mycoporum pycnocarpum* Nyl. in Flora, 1858, p. 381, corticola: Nr. 468.

### Tribus Placothelieae.

44. *Placothelium staurothelioides* Müll.-Arg. *Thallus nigro-fuscus, confertim disperso-squamulosus, squamulae radiantes, pro parte imbricatae, angulosae et oblongatae, periphericae hinc inde bifurcatae, laxe adnatae, ca. 0.16 mm tantum latae, leviter convexae et laeves; gonidia olivaceo-virentia, composita; apothecia hemisphaerica, thallina, apice poro perexiguo aperientia; paraphyses capillares et liberae; asci medio ventricosi, superne angustiores et valde pachydermei, apice rotundato-obtusi; sporae in ascis numerosissimae, ellipsoideae, 3—4  $\mu$  longae.*

Primo intuitu speciem *Staurothelii* simulat, sed thallus non continuus et sporae et gonidia differunt. Gonidia ut in *Heppia* et *Endocarpisco*, sed apothecia omnino angiocarpica, epithecium nullum, paraphyses et asci e basi adhaerentes omnino liberi et sub microscopio superne facile divergenter discreti. Asci ut in vulgari europaea *Arthopyrenia atomaria* Müll.-Arg. Gonidia hymenialia desunt.

Propter thallum squamuloso-placodialem et gonidia *Heppiae* tribum angiocarpicam distinctam *Placotheliearum* constituit.

Saxicola: Nr. 1216.

### Tribus Pyrenuleae.

45. *Trypethelium Eluteriae* Sprgl., Anleit., S. 351; corticola: Nr. 470.

**Lichen incertae sedis.**

46. *Lepra citrina* Schaer., Spicil., p. 2; corticola: Nr. 264.

E Loanda ab eodem missa.

*Roccella Montagnei* Ból., Voy. aux Indes Orient., p. 17, Pl. 13, Fig. 4;  
ramulicola: Nr. 227.

Ex insula St. Thome missae (omnes corticolae).

*Physcia picta* var. *sorediata* Müll.-Arg., Lich. Afr. occid., Nr. 12.

*Psoroma sphinctrinum* Nyl., L. Exot. Bourb., p. 256 (ster.).

*Graphis* (s. *Eugraphis*) *Lineola* Aeh., Univ., p. 264 (excl. syn.).

*Arthonia gregaria* var. *adpersa* (Montgn.) Müll.-Arg., L. B.,  
Nr. 1492.

*Arthonia Antillarum* Nyl., Syn. Lich. Nov. Caled., p. 61.

# ZOBODAT - [www.zobodat.at](http://www.zobodat.at)

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Verhandlungen der Zoologisch-Botanischen Gesellschaft in Wien. Früher: Verh. des Zoologisch-Botanischen Vereins in Wien. seit 2014 "Acta ZooBot Austria"](#)

Jahr/Year: 1893

Band/Volume: [43](#)

Autor(en)/Author(s): Müller Josef (Giuseppe)

Artikel/Article: [Lichenes Zambesici. 295-300](#)